

et salutem, decentem et honorabilem vestrorum militum quantitatem ad requisitionem ipsius filii nostri tam devote quam hilariter ^{a)} [transmittere] studeatis ^{b)}, quibus de stipendiorum ^{c)} exhibitione sic efficaciter sit provisum ^{d)}, quod nec vos exinde continuatis ^{e)} missionibus infestemus nec ob pecunie defectum ^{f)} a quolibet infestemur. Ut autem in onere ^{g)} duplici, missorum videlicet peditum et militum mittendorum, vestra devotio non gravetur, infallibiliter ^{h)} promittimus ⁱ⁾ per presentes, quod ex die, quo milites vestri venient, vel ante, si commodius ^{k)} fieri potuit, pedites vestros omnes qui nobiscum sunt, ad propria remitemus sic, quod presentes literas eis pro plena licentia valere ^{l)} volumus, etsi post adventum dictorum militum reversionis speciales literas non haberent.

VII.

(Kaiser) Fr(iedrich II.) tadelt Cremona, daß es die Befestigung und Bewachung der Brücke von Brescello, von der zum guten Teil der Sieg (über Parma) abhing, vernachlässigt habe, und befiehlt der Stadt, alle ihre Kräfte der genannten Brücke zu Hilfe zu schicken; sonst möge sie über ihre Absichten sofort berichten, damit er anderweitig planen könne.

(Bei der Belagerung von Parma, Ende Oktober 1247) ¹⁾.

Hs. fol. 21^r.

Fr[idericus] etc. communi Cremone.

Quantumcumque adversus vos clamaverimus hactenus monitibus, precibus et sepius litteris inculcatis, ut vos sompnolentos excitare possemus et segnitiam vestram in vigilantiam debitam, in vigorem virtutis convertere, ut consummationem laudabilem tanti negotii vobis mediantibus, [in quibus] specialiter ab experto noster spiritus quiescebat, facilius ^{m)} possimus ⁿ⁾ attingere, nequaquam nostre fauces ^{o)} clamoribus continuis facte iam raue ²⁾ apud vos saltim in aliquo valuerunt, quin circa pontis Verzeli ³⁾ munitionem et custodiam, a qua maior pars victoriae

^{a)} illariter Hs. ^{b)} statuatis Hs.; die Wendung transmittere studeatis HB. 6, 564 in ähnlichem Zusammenhang ^{c)} übergeschrieben, auf der Zeile expendiorum Hs. ^{d)} provissum Hs. ^{e)} continuatis Hs. ^{f)} deffectum Hs. ^{g)} honore Hs. ^{h)} infalibiliter Hs. ⁱ⁾ promittimus Hs. ^{k)} comodius Hs. ^{l)} vallere Hs. ^{m)} facillius Hs. ⁿ⁾ possumus Hs. ^{o)} vocis Hs.

¹⁾ Vgl. oben S. 409 Nr. 72.

²⁾ Vgl. Ps. 68, 4.

³⁾ Zweifellos Brescello, das in den zeitgenössischen Quellen Bersellum heißt; vgl. etwa HB. 6, 570 und Annales Placentini Gibellini, MG. SS. 18, 495, 497 u. 499.